



~~Mil. 1868~~
nicht vorlesbar
nicht PK

o. Pinguis, Job.

(nicht 21 - 40)

(Vor 31 enthalten
allein 20 Doppelblatt)

2 mit Widmungen
an Rudolph

5

DISPUTATIO
DE MEDENDI
INDICATIONI-

BVS.

QVAM

A SE PROPOSITAM ET CON-
SCRIPTAM, EX DECRETO ET AVTORITA-
TE amplissimi Medicorum Ordinis inclytæ Heidelbergensis
Academiæ: Aeterni benignique DEI fauente gratia: Præside
verò clarissimo viro Domino DANIELE MOEGLING, Ar-
tis Medicæ Doctore & Professore in inclyta Heidelber-
gensi Academia celeberrimo, Præceptore
suo & Collega omnireueren-
tia colendo:

PRO INSIGNIBVS ET PRIVILEGIIS
*Doctoralibus in Medica Facultate conse-
quendis:*

M. SEBASTIANVS BLOSSIVS, ACADEMIAE
Heidelbergensis Professor Physicus Ordinarius, pu-
blicè defendere actueri cona-
bitur:

DIE XIII. MENSIS NOVEMBRIS, HORA ET
loco consuetis.

HEIDELBERGAE EXCVDEBAT
IOHANNES SPIES.

M. D. LXXXIIIL



Epigramma
AD CLARISSIMVM
VIRVM, DN. M. SEBASTIANVM
BLOSSIVM, PHYSICES IN INCLYTA ACA-
demia Heidelbergensi Professorem ordinarium,
Medicinæ Candidatum.

QUOD canit egregium dictum, clarissime BLOSSI,
Ex Physico fieri quod soleat Medicus:
Comperis exemplo proprio, dum fructus abunde
Suggerit eximios Ars Medicina tibi.
Ergo precor, Physicus veluti perdoctus haberis:
Sic medicus fias mente manuq; potens.

Io. Melchior VVeissenberger.

CLIVD AD EVNDEM.

EN labor hic primus tuus es clarissime, BLOSSI,
Quo dotes Medica prodis in arte tuas.
O te felicem, mentis cui talia dona,
Concessit nutu Clarus Apollo suo.
Sentiet innumeros fructus, & commoda mille,
Alto qui voluet pectore scripta tua.
O si Nestoreos tua vita subiret in annos,
(Quod tamen ut fiat Numinatrina precor.)
Vix te maiorem Germanica diceret ora
Omnibus ex alijs se reperiisse virum.

Stephanus Schneidbacher.

SPECTABILI DOMI-
NO DECANO, LUDOVICO GRA-
VIO, RELIQVISQVE VIRIS, GEORGIO
STAHELIO, & Danieli Moegling, Collegij Medici in Academia
Heidelbergensi, eiusdemq; Artis Medicæ Professoribus &
Doctoribus celeberrimis, Dominis Præceptoribus &
collegis suis omni reverentia
& pietate colendis.

S. D. P.



CIENTIARVM OMNIVM TAM
θεωρητικῶν, quam ὀρατῶν, ērtiū item, Spectabi-
lis Domine Decane, reliquiq; viri clarissimi, certos
esse fines, & ad bonum quoddam omnes tendere:
consensu omnium, præsertim verò nostri Philosophi
Aristotelis confessione in principio libri primi Ethi-
corum testatissimum esse, nemo est, qui neget: qui licet omnes boni ra-
tionem, & veri quidem, non apparentis habeant: est tamen in quo non
parum scientiarum fines ab artium discrepant ac differunt: intra se
illæ cum vertatur: hæ verò bonū, seu opus posse relinquant: Practicæ
deniq; in sola consistant, & acquiescant actione. Proinde Medica no-
stra facultas diuerso respectu scientiæ & artis nomen cum mereatur:
finis eius vniuersitati non est, verum multiplex: quo respiciens Gale-
nus totam Medicinam dupliciter, in duobus à se inuicem distinctis li-
bris, ev. συνών, tamen, considerauit: in uno quidem de Medicina, qua-
tenus scientia est, in altero verò, quatenus rationem habet artis, di-
sputans. In Medicinamq; facultate versari possumus diuersimodè, ita
ut aut principium motionis sit in cognoscente: aut in recognita: quo-
rum modorum hoc, Medicinam appellamus recte, iureq; optimo, scien-
tiam: illo verò, sub artis genere contineri eandem dicimus. Ratio præ-
terea scientiarum omnis in contemplatione καθόλη θεωρημάτων con-

A 2 s̄istit,

sistit, quæ si considerauerit scientia aliqua, quatenus talia: ad artium numerum referri illa nullo modo poterit: hæ praticos cùm conficiant syllogismos, quorum minor & conclusio singularia respiciunt tantum, quod propter accommodationem vniuersalium ad particularia fit, & quidem ποίνοις ἐνεργεια, seu ὕπαρξεως: quorum vtrumq; in Medicis quoq; facultate inuenitur, ac propterea θεωρητικὸν nunc, nunc vero ὕπαρχον consuevit appellari, qua ratione motuum certorum principium fit, de quo diximus paulò antè: Multum deniq; Medicis facultas, demonstrationes quæ contemplatur, ab illa, quæ ποίνοις tantum respicit, separatur & distinguitur. Quapropter Medicinam respectu tamen & ratione diuersa, contrariorum esse, quo ad videlicet scientia est & dicitur: & rursus bonitatum causa omnia facere: quippe cùm artes non tantum scientia seu notitia, verum etiam ὕπορθέσι definiantur: pronunciamus rectè. Quin etiam ex dictis & hoc colligitur, vñu quodam ad singularia omnia seu καθένα, Medicinæ καθόλης θεωρημata, cum possint applicari, illam nec scientiam, nec artem: verum δύναμιν seu facultatem (hoc videlicet respectu tantum) quandam esse, si quis dixerit: eius à nostra nequaquam abhorre sententiam: vna eademq; res multis modis cùm possit interdum considerari, ac diuersissima hoc modo de illa pronunciari queant, Quam ob causam sanè Medicæ facultatis finis simplex non est: verum alio atque alio, diuersatamen si respexerimus, eandem definire poterimus: Scientia enim quatenus est Medicina, θεωρίας, ἐνεργεια considerat suū subiectum, eiusq; πάθη propria, corpus humanum scilicet, nō quatenus tale & αἴτιον τοῦ πάθη est, verū sanitatis & morbi quatenus est particeps, eiusmodi accidentibus scilicet determinatum: Artis vero quoad sortitur appellationem finis ipsius ὡς in sanando consistit, eius ἐνέργεια cùm sit, habbitum hunc perficiens, cui sanationi aliis accedit finis, ipsa nimirum sanitas: fine suo proximo quoduis cùm describi debeat, & minimè gentium remotiori, & accidentalī. Ceterum hunc finem consequi, qui recta definitur curatione, non cuiusvis est, verum docti tantum Medicis: cuius voluntati primò subiicitur: & huius quidem sui voti ve
possit

possit fieri compos: morbum certis suis pathognomonicis signis cognoscat, oportet: quo cognito de certis deliberare medijs, seu remedijs debet, quibus hunc finē potest consequi: in quibus deliberatio & dicoūpētis Aristotele nostro teste in Ethicis, versantur. Inuenire verò apta & rei præsenti accommodata remedia: hoc opus, hic labor es. Verum illud ipsum licet difficultatis plenum sit: eam tamen omnem illa scientia nostræ Medicæ pars, quæ de Medendi indicationibus agit, tollit, in Medicina ḡepatevīxū primas tenens: qua ἐνδείξεω doctrina & obseruatione Medicus doctus ab indocto, & Empirico vano & stulto discrepat magnopere: quam totam, in genere tamen, præsenti hac disputatione complecti volui: in qua quid præstiterim, vos viri clarissimi, Artisq; Medicæ in inclita hac Academia Professores celeberrimi, iudicabitis, quibus meæ huius disputationis censuram & iudiciū permitto libenter, alijsq; viris doctis, reliquos nequaquam curans: à quorum tamen insolentium & indoctorum hominum obtrectatione ut essem tutior, vestro patrocinio munitam illā in vulgus exire volui: ut hac ratione simul, benevolentiam meam, animiq; promptitudinem publicè testatam facerem, & quantulamcunq; gratiam pro innumeris beneficijs, quibus me quotidie afficitis, ac nunc quoq; sicut & antea, non solum in Medicostudio ḡewpn̄ixw, verùm etiam pratico (quod posterius laboriosum es & difficile valde) iuuare studetis: quantulamcunq; inquit vobis referrem gratiam: cùm sit etiam aliquid prodire tenus, si non datur vltra. Nihil iam dicam de summa erga me benevolentia, qua mihi defertis quotidie omnia vestrastudia, & insuper summum in Medicostudio gradum concendendi copiam fecistis. Vestræ ergo spectabilitati & amplitudini hoc meum studium si placuerit, in posterū etiam alia ratione animum meum promptum erga vos declarabo. Valete. Heidelbergæ 14. die Mensis Nouembris, Anno 1584.

M. Sebastianus Blossius, Professor Physicus Heidelbergensis Ordinarius.



DISPUTATIO DE MEDENDI INDICATIONI- bus.

QVAE S T I O.



Vm Medendi Methodus, Galeno teste longè locupletissimo, perfici & absolui nullo modo possit: nisi priùs humani corporis natura, sanitas, & morbus, quid sint, fuerit cognitum: non immerito de illis quiuis dubitauerit.

T H E S I S P R I M A.

Non solum namq; morbi genera ὑπάλληλα ενδεικνύμενα esse: verum etiam genus morbi summum & extremum: corpus item subiectum morbo, quatenus certis præditum est habitibus, suis subiectis inharentibus (cum habitus per se nullam habeant hypostasin) indicare, cùm in ὕγιεινῃ, tum θεραπευτικῃ Medicinæ partibus, quid Medico faciendum sit: rerum non ignarus videt quilibet.

II.

Corpus igitur hominis, seu animatum, nequaquam simplex esse: ortus & occasus, quibus subiectur, testantur satis. Principia autem huius sunt materia & forma, anima nimirum & corpus: ex quibus utrisque, tanquam partibus essentialibus, τόδετι, seu corpus animatum, tertium quiddam componitur ac constituitur: Quæ ambo sunt, & dicuntur naturæ.

III.

Et forma, quidem seu anima, altera natura scilicet, actus quidam est corporis Physici organici, materiam certis modis præparatam & dispositam informans & perficiens, ita ut certarum actionum, materiæ tamen annexa, & passionum caussa sit

fit : quorum παθῶν tamen ipsum τόδε/ subiectum est , non ipsa forma, aut etiam materia.

IV.

Cæterum hæc materia corporis animati multas sustinet rationes, à se ipsa tamen numero, aut ὅσια nunquam discrepans: ad quamvis namque formam, non ad certam, & hanc tantum recipiendam (nondum videlicet disposita ad hunc vel illum modum) quatenus se habet: materia prima appellatur à Philosophis : quatenus verò certis disponitur & præparatur modis, secundam, seu propinquam eandem appellare consueuerunt Physici, quæ tamen dispositio multis fit modis.

V.

Primò omnium namque ex materia ad certum modum præparata, componuntur simplicia corpora quatuor, vulgò elementa dicta: quæ materiasunt & subiectum, ex quo reliqua omnia, multis tamen interuenientibus alterationibus, & multis concurrentibus caussis, componuntur & constituuntur corpora mixta: accedente quoque altero principio, forma scilicet

VI.

Non tamen existimandum est, materiam primam quatuorelementis absolutè, & substantia priorem esse: verùm quodammodo tantum, ratione nimirum, seu definitione. Quæ simplicia corpora quatuor simul ab æterno, à natura seu motore omnium primo, ex materia prima constituta & facta sunt, & nunc quoque conseruantur in æternum usque ab eodem, ex sententia philosophorum Peripateticorum.

VII.

Ex hisce iam constitutis elementis quatuor per mixtionem omnes substantiæ naturales mixte generantur & constituuntur,

tuuntur, multis tamen modis præparatis & dispositis illis, ac totis per tota mixtis: fractis scilicet eorum qualitatum exuperantijs, substantijs autem elementorum saluis & integris permanentibus: in minima tamen corpuscula diuisis, contextis & vnitis, beneficio scilicet caloris συμφύτω, qui elementorum contrariorum συμφύσεως & ἀπαθείας mixtorum corporum, caussa existens, ὄμοφυλα colligit miscetque.

VIII.

Cæterūm calor hic σύμφυτος nihil aliud est, quam qualitas quædam elementaris, efficax in generatione rerum naturalium, colligens scilicet ac miscens ὄμοφυλα, & præparans, quæ iam collecta ac certa crasi mixta per calorem illum elementi ignei (quod pars quoque fit mixti corporis) vni formæ sese subiiciunt, simulque certam constituunt rem naturalem mixtam..

IX.

Rebus autem naturalibus mixtis, quæ animatæ sunt, aliud etiam præter σύμφυτον, inest θερμὸν, ἔμφυτον scilicet, corpus animatum efficiens ἐμπαθὲς: quo anima, tanquam instrumento quodam corpus vivificando & informando, motionem in sua materia efficit. Est autem calidum ἔμφυτον non qualitas quædam simplex & elementaris, aut Diuinum quoddam corpus, ἀνάλογον τῷ ἀνωτοιχεῖῳ existens, ut quibusdam visum fuit, sed corpus quoddam ἀερῶδες, tenui & subtile, ex elementis constitutum, temperamento calidum & humidum, seipsum consumens ac reparans, seu reficiens, parvulo quodam cum indigeat, calorem σύμφυτον perficiens: & ἔμφυτον hoc calidum in partibus similaribus alio quodam calido ἐπιρρέω nimirum, spiritu scilicet vitali, conseruatur ac fouetur quasi, cuius caussa est cordis θερμὸν ἔμφυτον.

Ethorum

X.

Ethorum quidem caussa efficiens est in rebus quidem inanimatis, tanquam caussa principalis, plasticus calor, seu corpus coeleste, quod analogicè propter efficaciam scilicet hanc, appellatur calor plasticus: In rebus vero animatis facultas plastica, tanquam caussa instrumentalis, cuius principalis caussa est, aut corpus coeleste, qualis λόγος πλαστικός est rerum animatarum imperfectarum, & quæ ex putredine oriuntur: aut animal generans, ομοφύλες existens ipsis generato: animam in materia propinqua seu οἰκείᾳ ὑλῇ producens.

XI.

Forma enim φυσική Physica nullam ad agendum vim obtinet, nisi habeat certam materiam, quæ principium quidem est & caussa certarum actionum & passionum, verum quatenus materiæ annexa est, ex quibus utrisque δύναμις quædam φυσική constituitur, quæ suas etiam habeat, necesse est, caussas organicas, κράσιν scilicet elementorum, & habitus, quorum pars quædam, & subiectum est qualitatum illarum κράσις, secundariò scilicet, per se vero, ac primariò, ipsæ δύναμις Physicæ.

XII.

Hæc omnia κατὰ φύσιν: σύμφυτον scilicet ac ἔμφυτον calida: similiarum item partium humanarum, ac totius corporis κράσις, rectè sese si habuerint, homo sanitate fruitur optima: horum vero aliquid si fuerit mutatum: suas consuetas energias assubire nullo modo potest.

XIII.

Ex Tāv igitur γνωριμώτερων ἡμῖν γνωθόλυ ἐπὶ τὸ γνωριμώτερα τῆς φύσης, καὶ καθέκατα progredientes dicimus: sanitatem Αγρίτων seu ἔξι quandam esse secundum naturam, ex qua

B

tanquam.

tanquam causa, homo omnes suas praestare possit functiones,
& impyrias. Et cum contraria sint sanitas & morbus: eodem ge-
nere & subiecto communicabunt. Morbus igitur nihil aliud
erit ex Galeni sententia, quam ξ is quædam & diæthesis, tanquam
causa, primò hominis actionem χ & ϕ unv impediens.

XIV.

Horum habituum, qui motionis termini sunt, non illi, ad
quos primò pergit motus, verùm illorum terminorum $\tau\epsilon\lambda\epsilon\omega-$
 ϵ is quædam existunt, $\pi\rho\tilde{\omega}\tau\sigma\delta\epsilon\chi\iota\mu\sigma$ est corpus animatum, non
quatenus tale, verùm quatenus certis subiicitur accidentibus:
cuiusmodi sunt $\kappa\tilde{a}\rho\sigma\iota\sigma$ partium similarium, numerus, figura,
quantitas, conformatio & alia. Quorum habituum certæ sunt
causæ & subiecta, sanitatis quidem $\chi\rho\acute{\alpha}\sigma\iota\sigma$ & reliqua accidentia,
secundùm naturam se quatèus habent: morbi vero, $\mu\nu\sigma\kappa\rho\chi\sigma\iota\mu$
& $\alpha\sigma\mu\mu\epsilon\tau\mu\iota\alpha\mu$, paulò autè dictorum accidentium: quos habitus
sequuntur actionum depravationes, & abolitiones, omnisq[ue]
generis symptomata alia.

XV.

Vterque verò habituum horum duas sub se continet species,
ad $\epsilon\tilde{\delta}\mu$ scilicet $\nu\pi\acute{\alpha}\lambda\mu\lambda\alpha$ magis si respiciamus, ad differentias
primi generis videlicet: quarum una $\xi\tilde{\epsilon}\delta$, altera $s\chi\acute{\epsilon}\sigma\delta$ seu $\delta\iota\alpha\tilde{\chi}\epsilon\sigma\iota\epsilon$
definitur. Hinc sanitas alia dicitur $\epsilon\chi\iota\mu\mu$, alia $\sigma\chi\acute{\epsilon}\iota\mu\mu$ seu $\epsilon\pi\acute{\chi}\iota\mu\mu$. Hinc etiam morbum alium Hecticum seu $\mu\acute{o}\nu\mu\mu$, alium $\sigma\chi\acute{\epsilon}\iota\mu\mu$,
seu $\gamma\iota\gamma\mu\mu\mu\mu$ vocare consueimus.

XVI.

His igitur, quæ quid Medico faciendum sit, ostendunt,
cognitis: iam nunc deinceps quomodo Medicus practicus cer-
ta Methodo, seu ratione, non Empiricè, morbos ab ægrotis
corporibus profigare, eaque sanitati pristinæ restituere debeat,
videbimus: non solùm namque Medicina sub genere scientiae
est,

est, quatenus videlicet sua ἐπιτήναι considerat, ita ut principium motionis sit non in cognoscente, sed in re considerata: verum etiam sub artis genere eadem continetur: etenus scilicet, quatenus omnia καθόλη proposita ad singularia transfert & accommodat: quorum priori modo Medicinam in præsentia consideramus: Hinc causa συνάμεως Medicina ἐπιτήμη ποιητικὴ rectè appellari posse videtur.

XVII.

Certa namque Methodo, beneficio scilicet ἐνδείξεω curationes morborum, nō tantum fortuitò & temerè, institui, & perfici posse: pro confessò, & tali, de quo nemo sanus dubitat, habemus: quæ ἐνδείξει Galeni nostri sententia, nihil aliud sunt, quam sequentis, siue agendi quædam insinuatio, seu demonstratio: qua cum nocentibus simul iuuantia comprehendimus, sine omnivelo obseruatione, vel ratiocinatione.

XVIII.

Et indicantia quidem, ἐνδεικνύμενa græcè dicta, sunt morbus & sanitas, horumque caussæ, quæ primò & per se quid' agendum sit, monstrant: ille quidem se tollendum cum sua caussa: hæc verò tuendam se indicans. Hinc indicationes, ab hisce quæ petuntur, propriè ac primariò ἐνδείξεις, appellare solent Medici. Cæterū debito modo vtrunq; cū fieri debeat, nec satis sit morbo cōtraria admouisse, sanitati verò similia decreuisse: simul etiam diligentem Medicum ad ea respicere oportet, quæ quam mensura, quoduis fieri debeat, ostendunt: sine quibus voti sui compos nequaquam fieri potest: quam ob caussam talia vocantur à Medicis συνενδεικνύμενa, cuiusmodi sunt corporum natura, seu temperamentum, consuetudo, ætas, vita anteacta, aër ambiens, anni tempus, coeli status, vires & alia, à quibus omnibus sumimus συνενδείξεις, veletiam autem ἐνδείξεις: quæ συνενδεικνύ-

μέντη & ἀντενδεικνύμενα, non nisi τῷ λόγῳ, subiecto vero nequaquam, à se inuicem discrepant: ex quibus tamen principatum habent vires.

XIX.

Quæ igitur in morborum curatione indicent, quid Medicō sit faciendum: ex dictis liquet satis. Et ad morbum quidem quod attinet, cum sit ἔξις quædam corpori in hærens, & eiusdem actiones impediens: in genere sui ablationem indicat: cuiusmodi autem subsidijs fieri hoc debeat, morbus itidem insinuat: se contrarijs scilicet pellendum esse monstrans. Cæterum tria sunt in morbo quæ indicat, genus scilicet extremum, genera subalterna seu ὑπάλληλα, & species denique specialissima. Quemadmodum igitur affectus aliis simplex est, compositus alias: ita quoque aut vnum, aut multa adhibenda esse media, videt quilibet.

XX.

Cæterum alias atque alias cūd eīξeis habet morbus, pro ut à nobis consideratur diuersimodè: Ad certum namque effectum producendum, multæ concurrunt caussæ, quas omnes diligenter considerare debet is, qui artificiose curare vult, & via recta incedere. Efficiens namque caussa cum γένεσι omnium sit prima, se quoque primo loco rescindendam esse monstrat: & cum interdum plures caussæ sint, quæ morbum efficiunt: certo ordine, quem itidem caussæ illæ præscribunt, quælibet tollenda erit, & ab ea incipiendum, quæ γένεσι quidem prima est, in uestigatione verò postrema: cum non solùm in remedij inuentione, verùm etiam ac multò magis in recta vtendi subsidioratione, consistat Medicina.

XXI.

In dupli autem differentia sunt caussæ efficientes, aliæ namque

namque cum motu & generatione, quædam verò cum essentia nascentium morborum coniunguntur: & ὁμόγονα quidem seu συνεχῆς αἴτια, morbi iam facti principia sunt: quam ob causam Cicero eas efficienter antecedentes appellat: cuiusmodi αἴτια quales habeant καὶ δέξεις, paulò antè fuit dictum. Hisce enim sublatis, πάθος quoque, cum quo coniunguntur, esse definit. Ad antecedentes caussas quod attinet, illarum respectu morbus adhuc fieri seu fiens, nisi in coniunctas caussas permittantæ fuerint, dicitur, aut etiam foueri: quas omnes, siue intrinsecæ, siue sint extrinsecæ, primò omnium, nisi quid impedit, demendas esse, statuimus, siue ratione materiæ, siue caussa qualitatis peccent, morbumq; efficiant: Hoc enim modo ἀλλοίωσι opus erit, sine materia si constiterint, illo vero, euacuatione.

XXII.

Et ἀλλοίωσι illa contrariorum subsidio fit, quæ δύναμι talia sunt, ac insitis quibusdam qualitatibus vim suam exercent corpus affiendo: non quæ τὰ φαντασίαν & externi sensus iudicio, tali vel tali qualitate prædicta esse videntur.

XXIII.

Materia verò illa non uno modo sese habet, aut enim fluit, aut fluxura est, aut partim fluit, partim fluxit: vel denique ad certum locum sese iam recipit, in quo quiescit, siue antecedentis, siue coniunctæ caussæ rationem habeat. Quocunque modo illa sit affecta, se vacuatione demendam esse monstrat, præmissis tamen præmittendis. Cruda namque si fuerit, priùs concoquatur, oportet: crassa & lenta, extenuetur & incidatur: tenuis condensetur; acris & falsa obtundatur: quæ omnia ab ipsa materia indicantur.

XXIV.

In hac porrò analysi particulari subsistendum non est,

verūm vterius progreendiendum, & videndūm, quæ fluxus huius
& materiæ cauſſa ſit: vtrum à certæ partis laxitate & imbecilli-
tate: an verò partis alicuius fortitudine nimia: an item ab alia
cauſſa quadam hoc ipsum proueniat: quæ omnia ſuas $\text{c}\text{v}\text{d}\text{e}\text{i}\text{z}\text{d}\text{s}$
habent, quibus ordinem faciendorum, remedij genus, quanti-
tatem, & vtendi viam ac rationem Medico präscribunt. Vtrum
autem per locum affectum materia euacuanda ſit, an verò ad
alias propellenda partes, vtrum retrahenda, & quo euacuatio-
nis modo: partes affectæ & materia nobis indicant.

XXV.

Sublatis illis cauſſis ad morbum ipsum accedendum erit,
cuius eſſentia certa forma, & ſubieſto, tanquam materia, defini-
tur: qui cuiusmodi in genere indicationem habeat, diximus
ſupra. Cæterūm cùm non tantūm genus extreum ſe uene-
raliſſimum, quid medico faciendum ſit, inſinuet: verūm etiam
genera ſub alterna: horum ſanè $\text{c}\text{v}\text{d}\text{e}\text{i}\text{z}\text{d}\text{s}$ ſilentio nequaquam
erunt prätereundæ. Hinc morbus ſimilarium partium & orga-
nicarum communis, quem continui ſolutionem vocamus, di-
uulas partes & diuifas conglutinandas eſſe, ut coalescere poſ-
ſint, oſtendit.

XXVI.

Huius autem morbi pro diuersitate ſubieſtarum partium,
quibus in eſt, multæ ſunt differentiæ: aut enim in organicis par-
tibus conſiſtit, quæ ſi fuerint diuulas à ſeinuicem, non niſi, pro-
ut illarum natura nobis hoc inſinuat, per accidens, per carno-
ſes ſcilięt partes vniiri queunt: diuersis naturis cùm ſint prädi-
tæ. Partium verò ſimilarium vnitatis ſolutæ ſpecies vna non eſt:
alia enim partibus carnoſis accidit, alia neruis, oſſibus alia, &c.
quarum omnium partium ſolutæ vnitates, quatenus tales, ge-
neralcs quasdam habent $\text{c}\text{v}\text{d}\text{e}\text{i}\text{z}\text{d}\text{s}$: Quatenus verò certæ ſunt
ſpecies ſpecialiſſimæ: catenus etiam proprias & ſpeciales ſuas ha-
bent

bent indicationes, quas omnes medicus obseruans, artificiose
curare potest, partesque diuulsas conglutinare.

XXVII.

Ad morbos similares, seu intemperies quod attinet,
corum indicatio præcipua, generalis tamen, est ἀλλοίωσις: qua-
tenus verò talis, vel talis est intemperies, seu δυσκρασία, etenim
etiam alias, speciales magis, subiicit indicationes: Hinc calida in-
temperies refrigeranda erit, sicca humectanda, frigida calcifi-
ienda, humida siccanda. Haud dissimilis est ratio reliquorum
morborum quoque, ad conformatiōnēm qui pertinent.

XXVIII.

Et hæ quidem caussæ omnes morborum non solùm
remedij genus & speciem nobis indicant: verùm etiam, quan-
tum illud esse debeat, simul subiiciunt: ac denique modum &
viam vtendi tali remedio, seu subsidio nobis præscribunt: ad
quæ tria capita tota illa pars Medicinæ reuocari potest ac debet,
quam ἡραπεντικὴ vocant Medici. Ad morbi caussam finalem
quod attinet, cum symptomata tantùm complectatur, cura-
tionem non indicat, quoniam ipsorum per se symptomatum
(quatenus symptomata) nulla est curatio.

XXIX.

Cæterūm non solùm morbus quatenus talis, seu quate-
nus caussas habet internas, quibus definitur, & caussæ morbi
externæ, certas exhibent curationis indicationes: verùm etiam
alia, morbo quæ accidunt, caussa motionum illarum scilicet
formarum, quarum fines sunt & termini, curationis scopos in-
dicant. Similarium enim partium morbi, fines sunt alteratio-
num, seu qualitatum patibulum, secundūm quas corpora na-
turalia dicuntur alterari: Instrumentales verò morbi partim
incrementi & decrementi magnitudinis, partim motionis in
loco,

loco, certis membris & materiæ quæ accidit, termini sunt & quædam τελειώσεις.

XXX.

Ad motum illum morbi respicientes, ei certa adscribimus tempora, vniuersalia scilicet ac particularia: terminum item, in quem motio talis desinit: quin etiam ægritudinis motui, primò & per se celeritas & tarditas accidunt: certos denique morbis causa motionis suæ tribuimus mores: quæ omnia tanti momenti sunt, ut sine illorum indicatione, nec certa vietus ratio præscribi: neque denique vel remedij genus, quantitas, & legitima vtendiratio, constitui queant.

XXXI.

Morbus quidem, sicut & habitus omnis, totus simile est, diuisionis omnis expers, mutationis finis cum sit, qui semper in diuiduus est: qua ratione quoque per se morbus neque alteratur nec mouetur: verùm cum sine motu nequaquam fiat, & motus meus uretur tempore: non immeritò morbum certis distinxerunt temporibus Medici, quæ morbo quidem, non quatenus morbus, verùm quatenus eius motus, cuius finis est, aut incipit, aut eo quidem præsente, materia morbi varias sustinet motiones & alterationes: in quibus temporibus morborum, quæ tamen ægritudinibus, ut diximus, propriè non accidunt, insignes fiunt mutationes, & multa eaque diuersa conspicuntur interualla, quæ tempora vocant Medici.

XXXII.

Omnis enim motio cùm sit actus quidam & lexīns, nec tota simul sit: suas certa habet partes & interualla, quæ tempore à se inuicem disiunguntur. Quod tempus non uno eodemque modo semper intelligitur: aut enim extra motum aliquem consistens, illum metitur: qua ratione tempus numerus quidam.

dam est numerans, & ad omnis generis motus simul potest accommodari, non aliter quam numerus Mathematicus & secretus: aliud tempus est numeratum, quod differt quidem à tempore numerante non per se, verum per accidentem tantum, propter appositionem scilicet subiecti, ex quo definitur: numerus scilicet quidam, seu tempus, existens in certo subiecto. Principium ergo, augmentum, status, & declinatio morborum, vocabula sunt συνδεδυασμένα, tempora scilicet certorum subiectorum.

XXXIII.

Habent enim morbi sua tempora, quae principium, augmentum, vigorem, seu statum, & declinationem eorum indicant, & distinguunt: quae aut vniuersalia sunt, aut particularia, quorum utraque interdum vniaccidunt morbo, qui nimis suascertas, easque plures habet accessiones: quae omnia certis distinguuntur signis, ex quibus quoque deprehenduntur illa, ex virinis scilicet, deiectionibus, sputis & alijs: quae omnia, quid faciendum sit Medico, monstrant, in diætam præscribendo, & pharmacorum genus & speciem, quantitatem, vtendi modum seu viam denique, constituendo.

XXXIV.

Aliter enim Phlegmonem curamus in principio, in quo pars sanguine repleri incipit, decernentes ei pro sua indicatione repellentia: aliter in aumento, quod pro sua natura repellentia & digerentia simul mixta requirit, ita tamen ut vires illorum superent horum potentiam: ad statum seu vigorem quod attinet, eadem adhibenda quidem esse insinuat, æquis tamen portionibus, sicuti declinationi pro sua indicatione digerentia autem decernimus remedia: si modo phlegmone in discussione seu resolutione est desitura.

C

Haud

XXXV.

Haud dispar est & dissimilis reliquorum quoque morborum ratio, in quibus non minùs tempora eorum accuratè distinguenda & obseruanda sunt, si modo methodicè & artificiosè eos curare & profligare voluerimus: Ad quam temporū diuersitatem respiciens Hippocrates in suis Aphorismis ita dicit: cum morbi incipiunt, si quid mouendum videtur, moue: cum verò consistunt iam ac vigent, quiescere melius est.

XXXVI.

Eadem tempora diætam præscribunt & indicant: in statu namque tām morbi vniuersalis, quām accessionis alicuius, seu paroxysmi, æger nutriēdus aut omnino non est, viribus scilicet adhuc intergis existentibus: aut hisce debilitatis & resolutis aliquo modo, tenuissimo cibo est reficiendus. Morbo autem iam ad declinationem tendente, cibus, sicut & pharmaca alia sine periculo exhiberi possunt ac debent. Quæ omnia tempora morborum nobis subijciunt. Haud minorem usum in curationibus motus ægritudinum præstat.

XXXVII.

Motus autem morbi nihil aliud est, quām alteratio quædam, seu actus rei existentis in potentia, quatenus in potentia, qui aut morbum præcedit, cuius finis postea fit, aut præsente iam morbo, materia seu subiectū eius variè mouetur & alteratur, quod interdū tardius, interdū verò celerius, fieri solet, quæ duo, celeritas nimirū & tarditas, motui ppriè insunt & inherēt. Vbi tamen silentio prætereundum hoc nequaquam est, non omnē morbum, qui breuis & exigui temporis est, acutum esse: verū eum tantū, qui mouetut, & ad certum terminum properat celerius, ad quietem nimirū, quò referuntur etiam morborum accessiones & paroxysmi, ex quibus etiam quem morbum tardum appellemus, euidens est ac manifestum.

XXXVIII.

XXXVIII.

Et acutus quidem morbus omnis, quatenus talis, celerem pro sua natura medicinam requirit, siue à morbo ipso, siue à natura hæc ipsa celeritas proueniat. Nonnunquam enim natura morbo caufa virium est superior, quibus vsa, morbū etiam celerius profligat, & subiectum eius seu materiam ad alium protrudit locum impetu sanè maximo. Quo casu potest fieri, vt ad partem aliquam corporis principē ac nobihorē propellatur, morbumque grauiorem excitet: educenda ergò via ac ratione legitima, temporéque conuenienti.

XXXIX.

Interdum verò morbus ægrotantis vires superans, aut caufa materię, viciaſa aliqua qualitate præditę, aut etiam venenata, cuius quoq; materię tanta interdum malitia est, vt tota sua substantia naturae eiusque facultatibus repugnare videatur: caufa inquam materię talis morbus contra naturam pugnat quam acerrimè, in quam etiam naturam ita sœuit, ut mox mox succumbere cogatur, morbo cum sit inferior multò: caufa quantitatis interdum materia seu subiectum morbi naturam citò de suo statu deic和平, ac interimit. In tali ergo pugna medici operam implorans natura, ille cunctari minimè debet, ac talia exhibere medicamenta, que & naturam corroborent, & materiam educant confertim, aut qualitatem eiusdem obtundant, quam citissimè, ne vires naturę dissoluantur, & homo interficiatur.

X L.

Eiusmodi ergo morbo extrema decernenda eſſe remedia cum Hippocrate nostro aſſerimus, qualia tamen morbo lentè Paulatimque qui progreditur, nunquam adhibemus, verùm mitia, quibus aliquoties repetitis morbum totum ſimul nequam tollimus: cum periculo coiunctum hoc cum ſit, & natu-

C 2 rapere

ra perturbetur non nihil. Quo ipso non parum à se inuicem
discrepant curationes morbi Chronic & acuti.

X L I.

Ad morborum mutationes particulares seu paroxysmos quod attinet, non solum ad victus rationem præscribendam, verum etiam ad exhibenda in tempore, & quidem modo conuenienti, pharmaca, conducūt maximè. In statu enim ægro cibum offerendum nequaquam esse: neque tali tempore pharmaca ei propinanda, sed remittente iam non nihil accessione, monstrant: si modò vires ægrum non defecerint: multùm enim si fuerint debilitatæ, reficiendæ erunt etiā in ipso accessionis principio: cum quicquid agimus, caussa virium agamus, & ne dissoluantur, videamus.

X L II.

Motus verò morbi si fuerit tardior: alia erit incedendum via, videndumque num morbi materia, an verò natura in causa sit, vtrum item hoc ab alteruto, an verò ab utroque proueniat. Cæterum siue natura tardius morbi materiam præparet, & concoquat, eamque tandem ejciat tardius: siue morbus lentè ad modum naturam aggrediatur: nequaquam erit properandum, verum Methodicè omnia peragenda erunt medico: nullum magnum cum impendeat ab hoc periculum, nec morbus præceps sit: citò quidem morbus omnis, præter naturam cum in sit corpori, eximendus & profligandus est, verum tutò & iucundè, ne videlicet natura offendatur: quod sanè fit, si ordinem curationis inuerterimus, & à methodo seu via regia declinauerimus.

X L III.

Et natura quidem si fuerit imbecillior, nec morbum aggressum fuerit fortius: ad morbi curationem nequaquam erit properandum

perandum, ne lœdatur illa: verum reficienda prius & corroboranda erit, quām morbo decernamus remedia: haud dissimilis est ratio reliquarum caussarum, quibus natura quidem satis robusta impeditur: viarum cuiusmodi sunt obstructio, materiæ lentæ crassities, & alia: in quo casu sanè non ad morbum statim erit accedendum propter caussam paulò antè dictam, quin potius naturam medicus iuuabit, & sublatis impedimentis prius naturæ ductum secutus contra morbum coniunctis viribus pugnabit.

XLIV.

In morbo verò traditatis caussa si inhæserit, propter causam aliquam antecedentem, illum fouentem remissius: non quidem morbum iuuabit medicus, quin potius illi contraria admouebit remedia, non tamen in principio statim curationis: lentè cū moueatur morbus, sed caussam prius submouebit, ordine certo & legitimo, ab eo curationis initium faciens, quod γένεσις primū, inuestigatione verò, seu ἀναλύσις postremum est: qua ratione totum eximere poterit morbum tutò & iucundè, naturæ nullum inferens detrimentum: quæ sanè lœderetur non parùm, ad morbum statim si prouolaret Medicus, cumque totum simul remedio eximeret forti seu extremo. Quas indicationes omnes morbus nobis suggredit, quatenus mouetur, & quidem vel tardè, vel celeriter.

XLV.

Multis porrò cum moueatur modis ægritudo, non quidem quatenus ægritudo, suos certos, quibus finitur motus, terminos habet, à quibus nequaquam contemnendæ sumi possunt indicationes, vt potè caussa quarum, interdum curatio est immutanda. Ceterum terminus motus unus non est: quatenus enim motu iam desinente, res subiecta motui quiescit, moueri tamen potest, etenus termino quodam finitur, qui

C 3 potest

potest appellari quies. Alium preterea terminum habet motus, quatenus è numero continuorum est: quorum tamen neuter aliquid indicat, nec quicquam ad institutum nostrum faciunt. Motum denique finit ac terminat certa forma ,secundum quam mouetur res: aut alia quædā τελείωσις, seu habitus: in qua significatione motionis terminus de multis, quæ morborum curarionem legitimam respiciunt, admonet medicum, seu naturæ ministrum

XLVI.

Vnde autem terminatio morbi colligatur & cognoscatur, huius loci non est ut explicemus, morbum suis signis pathognomonicis cognitum iam cùm curemus. Hinc in abscessum, quæ desituta est, aliter in declinatione prospicimus, quæm qnæ resolutur, phlegmoni. Quippe cum hîc discussientia tantum & calefacientia adhibeamus, ibi verò discussientibus suppurantia admisceamus. Haud aliter in febrium cura Medici, ad terminationem earundem respicientes, versantur. Febres enim sèpenumérò geminæ fieri solent: si calor videlicet in vna cordis parte, in humoribus verbi gratia factus, cordis substantiæ respectu, siens est & symptomaticus.

XLVII.

Suas denique habent ἡρεύξεις morborum mores: qui nihil aliud sunt, quæm morbotum qualitates quædam, seu habitus, propter quas qualitates morbi aut maligni, seu κακονθεῖς appellantur: qui Galeno teste δυνάμει quidem magni sunt & graves, φαντασίαι verò, seu externi sensus iudicio letues & imbecilles: aut mites, seu benigni vocantur. Cuius qualitatis caussa vniuersitati non est: verùm multiplex. Interdum enim propter peccantis materiae vel quantitatem nimiam aut exiguam, vel qualitatem aliquam malignam, aut benignam quasi, & mediocritatem non multum excedentem: interdum denique propter

pter subiectæ partis corporis temperiem bonam, vel malam ac vitiosam hoc ipsum accidit: pro quorum affectuum diuersitate, morbi vel *κακονθεῖσ*, vel *εὐνθεῖσ* fieri, & esse solent, quorum utriq; certis depræhenduntur signis, symptomatum nimirum, & excrementorum accidentibus.

XLVIII.

Et benignus quidem morbus pro natura sua mitiora requirit remedia: sicuti contra *κακονθεῖσ νόσουμα* fortiora & plura exceptit, sine quibus etiam prūs non potest profigari, quam tollantur & submoueantur caussæ & affectus, quorum caussa morbus tales habet mores. Cùm enim multi implicantur affectus, illi omnes sunt eximendi ordine legitimo & certo. Hinc vlcera maligna licet currentur, modo & ratione conuenienti, quatenus vlcera: nihil tamen proficitur, nec partes diuulsæ à se inuicem conglutinātur: intemperies ergo partis, aut sanguinis corrigenda erit, hæc si caussa fuerit vlceris maligni. Et propter hanc *κακονθεῖσ* morbus etiam dicitur & fit magnus: qui maior etiam propter nobilioris corporis partis læsionem, de cuius indicationibus paulo post verba faciemus, efficitur. Licet denique affectus grauis sit propter magnitudinem, quæ ex symptomatis depræhenditur: illa tamen cum sit excessus quidem *συμμετρίας* partium similarium & organicarum: ad hasce potius erit referenda: cum per se quod indicat egritudinis magnitudo, *ἀόριστος* sit valde.

XLIX.

Cæterum sicuti morbo multa, caussa materiæ & motionis, cuius terminus est, aut cum qua coniungitur, insunt: ita quoque propter subiectum corpus, cui inhæret, eidem accidunt haud pauciora: ad quæ omnia diligens Medicus debet respicere: præsertim verò cū morbus, non quia morbus & quatenus *εξ αφαιρέσεως*, verū *εκ προσέσεως* quatenus qd est, & certo inhæ-

inhæret corpori, curetur, & profigetur: quorum accidentium omnium caussa, taliter vel taliter mobri curationem instituit naturæ minister: ut potè quæ non solùm remedij genus, eiusq; quantitatem definiunt, ac determinant: verum etiam legitimam viam & vtendi rationem præscribunt, ac monstrant: ita ut pro sua natura quoq; & diuersitate tria illa, vel insinuent, vel à morbo, eiusdemque caussa sumptas, determinent, mutentur.

L.

Et corporis quidem respectu, quatenus totum quid est, hæc consideranda ueniunt Galeno teste, siue morbus partem tantum, siue totum afficiat corpus: huius nimirum $\chi\rho\alpha\sigma\tau\iota\varsigma$, seu temperamentum, vires, habitus, ætas, consuetudo, vitæ studiū, conditio, sexus, & proprietates denique individuales, quas vocant: quæ omnia quomodo curationem determinent ac definiant, breuiter dicemus.

LI-

Forma enim $\chi\rho\alpha\delta\eta\varsigma$ Physica nullam potest præstare $\epsilon\nu\epsilon\rho\gamma\epsilon\iota\alpha\upsilon$, nisi instrumentum quoddā habeat corporeum, quod informet: quæ prima est actionis omnis caussa, non tamen sine certo instrumento corporeo: secūda $\epsilon\nu\epsilon\rho\gamma\epsilon\iota\alpha\upsilon$ caussa est ipsa $\delta\upsilon\alpha\mu\iota\varsigma$ $\chi\rho\alpha\delta\eta\varsigma$ substatiæ cuiuslibet naturalis, quæ nihil aliud est, quæ $\chi\rho\alpha\iota\alpha$ rei, & totum illud compositum, seu $\tau\delta\eta\iota$, non sui respectu, verùm alterius, consideratum, actionem scilicet respiciens: & $\delta\upsilon\alpha\mu\iota\varsigma$ quidem hæc nullam ad agendum vim obtinet, imò subsistere nullo modo potest, absque certa elementorum $\chi\rho\alpha\sigma\tau\iota$, quæ multarū $\delta\upsilon\alpha\mu\iota\varsigma$, seu $\alpha\delta\upsilon\alpha\mu\iota\varsigma$ caussa est, quæ habitibus & $\delta\alpha\beta\epsilon\sigma\tau\iota$ perficiuntur, & tanquam $\epsilon\delta\epsilon$ quodam determinantur: vel caussa quarum habitus possunt acquirere res naturales: quas qualitates omnes certo definitius subiecto: cum non

non habeant per se certam hypostasin, sed ideæ quædam, seu species sint, certo subiecto inhærentes.

LII.

Est autem crasis nihil aliud, quam qualitas quædam patibilis secunda, ex certa qualitatum elementorum mixtione, (exuperantijs scilicet earum fractis, & in vnam aliquam qualitatem conspirantibus) proueniens, suam habens latitudinem, certis tamen limitibus circumscriptam, & determinatam: intra quos consistēs certis afficitur & alteratur qualitatibus, diuersimodè. Interdum enim qualitates simplices & compositæ sine & cum affluxu humorum in corporis crasis agentes, eam secundum qualitatū exuperantias intendunt, quam etiam, si plurimum auctæ fuerint, dissoluunt: interdum verò dyscrasias secundæ eandem afficiunt & perimunt, corporis crasi oppositæ, quæ sensibus nostris ignotæ, non nisi intelligentia depræhenduntur.

LIII.

Et crasis quidem in morbis prioribus pro sua natura, & speciem, seu genus remedij, eiusque quantitatem, nobis insinuat: cum cuius qualitatis caussa corpus sit alteratum, & quantum à priori statu recesserit, monstrat ac indicet: Hinc maiorem in modum aucta caliditas, validiora etiam requirit refrigerantia: sicuti leuis alteratio, imbecilliora quoque exigit contraria. Ad quam etiam corporis crasis si respexerit medicus in medicamentis catharticis propinandis, quantum agere debeat, videbit facilè: cum humidiora & frigidiora corpora maiorem, quam calidiora & sicciora, ferant euacationem, propter certas caussas: quæ crases in morbis solutæ vnitatis quantam vim habent, satis abundè Galenus in prioribus de methodo Medendi libris demonstrauit: in quibus tamen indicationibus *κράσις*, *επίκρασις*, non *σύμφυτος*, prius tenet.

Dicitur ergo Ad

LIV.

Ad posteriores morbos quod attinet, quorum caussæ coniunctæ dyscrasia quadam, seu qualitate nō prima, sed secunda, afficiunt corpus nostrum, eidemq; imprimunt illam: qualitatibus eiusmodi manifestis eximi & profligari non poterunt: verū adhibenda esse medicamenta, quæ occulta aliqua qualitate eiusmodi morbis opposita sint, monstrant: ex quorum morborum numero Epilepsia quoque est: cuius caussa non aliqua manifesta qualitate, sed occulta, & secunda quadam dyscrasia corpus nostrum afficit, non sua quantitate obstructionem aliquam, ut quibusdam videtur, in cerebro efficiens.

LV.

A viribus præterea sumuntur haud vulgares indicationes, quæ quid, quid non, quando, & quomodo, faciendum sit, & in morborum curatione procedendum, nobis insinuant, ac monstrant, non minùs quam superiores indicationes. Est autem virtutis vocabulum ὡμώνυμον: ut potè quo non solum actus primus, δυνάμεις scilicet naturales, vitales & animales: verū etiam facultatum harum actus secundus, ἐνέργεια nimis potentiarum illarum, significantur: alterab altero interdum cum denominetur. δυνάμεις autem istæ omnes ὑστάθησque certo elementorum temperamento cum nullam obire queant ἐνέργειαν, seu functionem, & certa qualitate, ac quantitate determinatos spiritus requirant: Fit ut quodcumque horum corruptum fuerit, aut defecerit: facultates istæ pereant, & earum actiones aboleantur: quippe quæ & simul sunt & similes esse desinunt.

LVI.

Se igitur actus vterque conseruandum esse, aut reficiendū similibus, ad προφυλακήν, & ὑγιὴν Medicinæ partes quod pertinet, monstrat & indicat: de quibus indicationibus in præsentia non disputamus: ad θεραπευτὴν verò quod attinet, sui nec conseruationem, nec ablationem insinuant vires: per accidens

dēn stamen, Galeno teste, ad affectus curationem aliquid conferunt. Hinc & vēdēt̄ nobis sēpiūs occurunt. Remedia namque & vires inter se conferenda sunt, ac videndū, quantum evacuationem ferre possint, quantumuis iam antē remediorum qualitatem & quantitatē reliqua determinārīnt:ne, cum validioribus remedijs, & evacuationibus lēdantur vires, & corpus, illæ collabantur, ac priūs homō moriatur, quam sanitati restituatur.

L VII.

Vires igitur si fuerint validiores, pro magnitudine morbi fatis copiosam ferre possunt evacuationem, quocunq; modo illa fiat: Sin verò inualidæ fuerint, præterea, quod opprimantur, vtique ex moderata vacuatione adeò nullū accedit viribus incommodūm, vt etiam magnoperè easdem iuuet: illo, quod opprimebat, iam sublato. Hinc quod restat melius etiam potest cōcoquere, & ex corpore propellere natura. Sin autē præter exolutionem vires languere cæperint, priūs erunt recreandæ, quām vacuatio perficiatur, licet morbus id magnoperè videatur exigere: magis enim hac ratione dissoluerētur, ac postmodum caussæ morbificæ concoquendæ nullo modo sufficerent: eadem etiam ad diætam præscribendam omnino sunt necessariæ: præsertim verò in morbis acutis.

L VIII.

Ad morborum curationem præterea multūm conferunt, & necessarij sunt, omnis generis habitus corporis, qui fines, & τέλειώσεις quædam sunt motionum & alterationum, certorum subiectorum quædā existentes ideæ, seu species: cuiusmodi sunt robur, seu imbecillitas corporis, durities & mollities, soliditas & laxitas, & huius generis habitus & άγθεόδ̄ corporis aliæ. Nam & qualitates patibiles primæ & secundæ, quatenus iam sunt alterationum fines, & non subiecta earum, quatenus item à contrarijs non possunt aboleri facile: aut quatenus habi-

D 2 tuum

euum quorundam etiam innominatorum sunt subiecta, & partes: interdnm fiunt & dicuntur habitus.

LIX.

Hinc robustioribus, densis item ac solidioribus, tenuem magis prescribimus victum: sicut & valentiora ac fortiora medicamenta ijsdem decernimus: uberiorem quin etiam euacuationem instituendi potestatem medico, pro sua natura, concedunt: qui verò contrarijs habitibus sunt praediti, haud copiosam ferunt vacuationem: à fortioribus item medicamentis lèduntur magnoperè: Famem denique tolerare haud possunt: cum vires corum dissoluantur multùm.

L X.

Eadem ferè indicationes sumuntur ab ætate, viribus, & reliquis corporis habitibus: ætatum causa homines cùm inter se, tūm à se ipsis, cum discrepent ac differant magnoperè. Ceterum ætates istæ nihil aliud sunt, quàm res, seu vocabula quædam quantitatis συνδεδυασμένα, quibus numeri numerati, seu tempora quædam certis subiectis determinata, intelliguntur: ex quorū appositione quoq; definiuntur, nō aliter quàm morborum tempora, de quibus me superiùs dixisse recordor. Quatenus namque tempus numerus est numerans, seu mathematicus & secretus, ad morborum curationem, teste Galeno. nō sìro, nihil facit,

LXI.

Haud dissimiles & dispare indicationes pro morborum curatione sumimus à differentia sexus: ijsdem enim corporis habitibus, sicut & crasi eadem, diuersi sexus homines cum non sint praediti: Fœmineo item sexui morbi peculiarres cum accidant, quos Hystericos vocare consueuimus: alia etiam exigere videntur remedia mulieres, quàm viri: ciusmodi morbis obnoxij

noxij hic um non sint. Quin etiam aliam atque aliam requiriunt curam gerentes vtero, aliam exigunt lactantes, aliam cœlibes: quibus sanè cùm inter se mulieres, tum etiam à viris discrepant maximè. Quam ob caussam quoque alia atque alia remedia, alio item atque alio modo administranda esse, sexus differentia nobis insinuat

LXII.

Est autem sexus nihil aliud, quam *δύναμις* quædam, & *ἀδυνάτια* certo definitum subiecto, propter quam animal vel potentiam habet generandi actiuam, certo tamen instrumento: qua ratione animalium aliud masculinum dicitur: vel eadem facultate & organo destitutum, generare nullo modo potest: cuiusmodi animal est fœmina: quæ tamen rursus, ratione alia, *δύναμει* quadam prædicta est, causa cuius potentiam generandi passiuam, certo tamen instrumento, habere dicitur fœmina: quæ tamen facultas cum priori collata, non nisi *ἀδυνάτια* quædam *φυσικὴ* appellatur rectè.

LXIII.

Ad remediorum inuentionem præterea non parū conferre videtur vitæ cōditio: in fortunæ bonis & vitæ exercitatione quæ consistit: pro diuersitate namque exercitorum, diuersi quoque contrahuntur habitus, & *κρᾶσις* insita mutatur sèpius ac magnoperè. Alia enim vietus ratio, tenuior scilicet, in morborum accessionibus rusticò, & qui multis sese exercet laboribus, alia ei, qui in umbra viuit ociosus, præscribenda erit: ad pharmaca quod attinet, si quis siccioris corporis habitu, caussa exercitationis maioris, præditus, intemperie humida laborauerit: sanè quæ vchementer humectant exhibenda erunt: minùs tamen sumptuosa, tenuioris fortunæ si fuerit: sicuti contra ditiori, magis grata, sumptus maiores licet requirant, erunt propinanda.

D 3

Haud

LXIII.

Haud postremas tenet consuetudo in remediorum intentione, quæ nihil aliud est, quam aduentitia quædam, seu ἐπίκτηλος κράσις, & natura, genita &acquisita ex tali vel tali victus ratione, & conuersatione aëris, anni tempore, cœli statu, somno, vel vigilia, & alijs rebus non naturalibus, quæ omnia, sicut & consuetudo ipsa, cuius caussæ sunt, cum temperamento, habitu corporis, & alijs, easdem habere videntur indicationes: præsertim verò cùm non semper à se inuicem hæc ipsa subiecto, verùm πώλογων tantùm discrepent, ac differant.

LXV.

Ad proprietates indiuiduales quod attinet, non minùs ad morborum curationem sunt necessariæ, quam superiora εὐεξυνύπλοα. Has enim si neglexerit Medicus, multos in maximos conijciet morbos: à certis enim pharmacis, sicut & cibis, interdum quidam tantoperè abhorrent, vt si ipsis exhibeantur, maximos quoisque contrahant morbos: ne igitur ægri natura tantoperè perturbetur, ad hoc ipsum respicere debet is, qui & iucundè & tutò curare vult. Sunt autem proprietatum eiusmodi certæ caussæ, δυνάμεις scilicet καὶ ἀδυναμία φυσικαὶ, harumq; διαφέρεις & habitus.

LXVI.

Et haec tenus quidem dictæ indicationes à subiecto corpore, quatenus totum quid est, sumptæ, siue toti corpori, siue parti eius tantùm morbus inhæreat, sunt obseruandæ. Verùm morbus si non fuerit vniuersalis, sed partē tantùm corporis affecerit: quas nam εὐδεῖξ nobis præbeat, videndū est. Consideratur autem pars multi pliciter, ratione naturæ scilicet, temperamenti, functionis, sensus exquisiti, vel obtusi, situs, connexionis, figuræ, & magnitudinis: quorum omnium causæ, remediorum genus, etiam corundem affectum, materijs variat multùm.

Hinc

LXVII.

Hinc imbecillioribus (ad earum naturam , seu habitum quod attinet) & mollioribus corporis partibus, mitiora & imbecilliora remedia , ne partes affectæ lœdantur, debentur.

LXVIII.

Est & temperamentum , seu κρασίς partis affectæ consideranda: cùm non solum recessum morbi à priori temperamento illa nobis ostendat, verùm etiam δυσκρασία partis nobis insinuat. Hinc pars humidior vulnus si acceperit, ei exiccantia quidem adhibenda erunt, prout natura vulneris hoc ipsum exigit, remedia, quæ tamen non vehementer exiccent. Humidioribus enim naturis minùs siccantes medicinæ: siccioribus vero quæ magis siccant, conueniunt: si fuerint vulneratae.

LXIX.

Prosunt præterea propter affectæ partis sensum velexquisitiorem, vel etiam magis obtusum, alijs parti medicamenta alia. Quam ob cauſsam ulceribus oculorum admouentur quidem exiccantia, abstergentia, & adstringentia, sicut & reliquis partibus eadem prosunt: verùm quæ materijs variant. Propter sensus oculorum namque præstantiam, vt & morsus & rosionis omnis expertia sint, oportet: cuiusmodi tamen medicamenta, quæ cum morsu scilicet & acrimonia exiccant, partibus alijs conducunt magnoperè. Quin potius omnia medicamenta vehementiora, non, nisi magno cum dolore, sensu exquisitori præditæ partes, ferunt.

LXX.

Præterea functionis alicuius publicæ gratia, quam exercet pars aliqua affecta, ei adhibemus medicamenta, quæ tamen morbum partis illius nequaquam respiciunt: adstringentia scilicet, corroborantia, & odorata : partis illius robur & vires continentia,

tinentia, seruantia que. Vnde phlegmoni Epatis non tantum laxantia, digerentiaque remedia decernimus, verum etiam adstringentia eisdem admiscemus, propter ipsius officium, toti corpori necessarium.

LXXI.

Est & situs, seu positus partis indicatio, medico necessaria valde. Locus enim, seu pars corporis à superficie, vel etiam ore distans longius: medicamenta intendenda esse, quatumuis morbus in tanta quantitate illa nou exigat, ostendit. Quibus etiam admiscendum aliquid est, tenuum partium quod existit: Illud enim partes penetrans, vim medicamenti aliquo modo tantum alteratam & debilitatam, ad remotissima etiam corporis loca dederit: cuiusmodi tamen medicamenta validiora eidem etiam effectui, partibus tamen propinquioribus superficie, & ori corporis inharenti, non nisi cum periculo admouerentur.

LXXII.

Præterea inter illa quæ indicant est etiam partis connexio & conformatio cum alijs: Hinc partes illas, quæ cum meatibus vrinarijs connexionem habent, per eosdem: quæ cum ventriculo & intestinis, per aluum: quæ cum gula & naribus coniunctæ partessunt: per eadem loca euacuamus. Hoc igitur partium consortium modum vtendi seu rationem medicamento in primis nobis indicat.

LXXIV.

Habet & suum usum in morborum curatione partis laborantis figura. Quam ob causam pars caua multum, admittit etiam infusionem medicamenti alicuius largiorem: Angusta vero, parciorem. Est quoque non minùs indicatio à partis magnitudine sumpta medico necessaria.

Porrò

Porrò Sol pro suo à nostro puncto verticali accessu & recessu, aëri varias & diuersas cum communicet ac largiatur quælitates, non quidem κατὰ πάθος, verum καὶ, ἐντελχέσαν: & hic alteratus nostra multum cùm afficiat corpora, eaque immutet: huius etiam, aëris scilicet ambientis nos, Κύρδειξ considerandas esse medico, cum Galeno nostro statuimus.

LXXV.

Cæterum cùm motus, Aristotele nostro teste, qui vita quasi est nascentium rerum & occidentium, in genere sit semipiternus: & à motu orbium cœlestium continuetur: cumque præterea pro diuerso ad se inuicem positu orbiū parts, seu astra, diuersimodè nostra mutent corpora: Et illorum certè σχηματισμοὶ in remediorum inuentione sunt considerandi, cum quid, quid non, faciendum sit, & quando, indicent medico.

APPENDIX

Et hæ quidem sunt Κύρδειξ & Κύρδεικον μήνα, quorum beneficio remedij genus & speciem, quantitatem eiusdem, & ventendi modum ac rationem inuenire potest medicus: quas qui neglexerit indicationes, non secūs, quām stultus & vanus Empiricus curabit morbos, & tentabit quidem multa, nec tamen quicquam habebit, quod sequatur, certi. Non tamen silentio hoc prætereundum est, quòd Κύρδειξ istæ, quatenus operis nullius gratia considerantur: veræ, καθόλγ, & æternæ sint: quatenus verò ad certum corpus subiectum & singulare transferuntur, quòd mutentur sæpius: qua in re opus est σοχασμῶ καὶ μπειρία, pro qua Medicus etiam aliter atque aliter instituet curationem ut voti sui compos fieri possit.

APPEN-

APPENDIX PRACTICA

Non omnes morbos intemperiei exuperantia qualitatum primarum posse definiri: verum quosdam qualitate quadam secunda, ex primis scilicet nata, nostra afficere corpora, contra Galenum, afferimus.

Quibuscum annumeremus morbum caducum, seu Epilepsiam: eam sanè, quatenus talis dyscrasia existit, seu qualitas quadam secunda, cerebri temperamento opposita: nec venæ sectione, nec purgatione, neque manifesta medicamenti qualitate alia, simpliciter & per se, curari posse, statuimus.


FINIS.

LAVS DEO. OPT: MAX:



APPENDIX





Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Yellow

Green

Red

Magenta

White

Black

3/Color

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

TATIO DENDI TIONI.

S.

UL 286 a

A M

TAM ET CON-
ETO ET AVTORITA-
dinis inclytæ Heidelbergensis
e DEI fauente gratia: Præside
DANIELE MOEGLING, Ar-
cessore in inclyta Heidelber-
errimo, Præceptore
omni reueren-
endo:

ET PRIVILEGIIS
*l'ica Facultate conse-
lis:*

SSIUS, ACADEMIAE:
Phyficus Ordinarius, pu-
actuericona-
ur:
OVEMBRIS, HORA ET
suetis.

EXCVDEBAT
ES SPIES.

XXXIIII.